



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

Commemoratio Fidelium Defvnctorvm. 2. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

Nou.  
itus,  
scun-  
enfio.  
  
s.  
urbs  
Cur-  
alia.  
num  
um  
s ire  
atris  
cita-  
otos  
im-  
ant.  
ivs  
rbis  
flore  
num  
orco  
peros  
Fir-  
tri-  
ad  
tis-  
ol-  
ni-  
on-  
eta  
ide  
Sa-  
piè  
pat)

2.Nov. VITÆ SANCTORVM. 535  
jactabat) & natus cælo & denatus. Certè haud  
paulò rectius pro patriâ mori Juventam docuit.  
Ex Lippeloo.

Quid tibi cum carne & sanguine, qui divinam in te  
gestas imaginem? quid tibi cum mundo & vitiis, qui  
ad hoc conditus es, ut cælum concendas, atque cum  
Angelicis spiritibus beatâ Dei visione fruari? S.Laur.  
Justin.de Cont.mundi c.21.

COMMEMORATIO FIDELIUM  
DEFUNCTORVM. 2.Novembris.

Pictas lacrimas, Mariane, oculis tuis objici-  
mus, ut his oratoribus tibi exprimamus veras,  
& quibus opem non fictæ calamitati feras, nec  
jam pictos extingua ignes. Id porrò quàm meri-  
tò facias, ex annalibus D.Dominici disce. Nume-  
ravit hic inter alumnos suos duos præ cæteris pie-  
tati deditos, Bertrandum alterum, alterum Bene-  
dictum. Ille pro peccantibus, hic pro luentibus in  
flammâ piaculari peccata multum solitus, pre-  
ces ac sacrificia quisque in suos congerenda cre-  
debat. Et pugnabat Benedictus magnis rationum  
momentis, & ajebat, illos, si modò velint, rebus  
suis abundè posse consulere, ore suo orare, manu  
suâ avertere iram Numinis posse; hos verò, ut qui  
manu carerent, utique auxiliari alterius egere.  
Contrà contendebat Bertrandus tam hos suæ sa-  
lutis, quàm alteros illos, nî à præcipitio abduce-  
rentur, interitùs certos esse. itaque gravius peri-  
clitantibus succurrendum. Et perstiteret in hâc  
sententiâ, nisi ex purganti igne anima una omniū  
legatione functa, terrore suo sub nocte inseguen-  
tem, patrocinium suum & sociarum ita persuasi-  
set, ut jam nemo alias pro his ad aram frequentiùs

Bertrando oraret. Et profectò si sapimus, vicina incendia, & nobis quoque jam jam impendentia, communi operâ sopimus, hoc est, cilicio opprimimus, precibus avertimus, flagris fugamus, gemibus difflamus, oculorumque imbre extingui mus vindices ignes. Quin quisquis fila manu tenes, & globos Virginis sacros, tenere te funem puta, quo ex inferno carcere ascendere hodie ad cælum animas facias.

*O fratres mei, qui modò modicam febrem, vel modicum quemcumque dolorem non potestis pati, quid facietis, quantum dolebitis, quantum plorabitis illo incendio inflammati, & totaliter à pœnis absorpti?* S.Bonav. serm.i.de S.Laur.

### S. EUSTOCHIUM V. 2.Novembris.

**F**uit Evstochivm nobilissimæ & D.Hieronymo laudatissimæ matronæ filia, ejusdemque virtutis ex asse heres. Degebat illa sub patrui Hyemetii tutelâ, certa nulli nisi Agno nubere, eamque ob tem animi potius mundo, quam corporis studens, & hoc pulchrior, quod negligentior sui. At Hymetius alia omnia animo volvens, ut quam pulcherrimè posset ornatam virginem ad nuptias nobilissimis juvenibus venditaret, eam curam conjugi Prætextatæ demandat. Hæc igitur Evstochio vestes induere, ad elegantiam sæculi factas, faciem fuco tingere, frontem & aures gemmis pingere, crines ferro & igne fingere, denique totam ad lascivam venustatem componere. Sed in tam pulchrâ Evstochio nihil jam cælo placuit, præter lacrimas, quibus naufragium timens virginitas quotidie innatabat. Periclitanti tamen succurrit Angelus bonus, & in somnis ad

Prætex-